47

## Cromero.

Exempla litterarum ad Caesarem et Hungariae Regem ei mittit.

Venerabilis devote nobis dilecte. Exemplis litterarum, quae ad Dominationem Tuam bina mittimus, cognoscet Dominatio Tua, quid tum apud Caesaream Majestatem, tum apud Serenissimum Nepotem nostrum agamus, ab ipso quidem Serenissimo Nepote nostro excitati; procurabit ipse negotium Dominatio Tua ad eum modum, quem ex Serenitatis ipsius, sive litteris, sive Internuntiis cognoscet, nostrumque se in eo negotium agere existimabit. Datum ut supra.